portam Nobilem Hyenna consorte sua ad eadem Acta adducere
et statuere. que adducta tunc super inscriptionem praesentem quo ad omnem
suum reformatorium et adinstalliate. et aliud quodvis ipsam
in bonis suis quomodolibet concernentibus, consentire, praesentique inscriptionem
in omnibus punctis et articulis approbare et confirmare sub va-
dio similis summae Trecentorum florenorum pecuniae monetae Poloniae. Allega-
tionibus quoddam feci evadendi, vadium facere et facere me offerro. Nec
clausula Neminem ad impossibilia teneri et obligari se non deffen-
dendo. Poena trium marcarum et trium poena vadium et vadia praenotata
non evadendi. Pro qua summa simulimet ac vadio succubuit si
se dictus recognoscens cum suis posteris eius creditori et successori-
bus eius citare praeiserit, extunc obmisso suo foro proprio
et iurisdictione competenti, praesenti vero Castri Premisliensis Iurisdictioni
cum bonis et successoribus ut supra quo ad respondendum subiicien. Co-
ram praesenti officio Castri Premisliensis in primo citationis termino tanquam
peremptorio, stare parere ruderle ac pro citatis sub simili et
speciali vadio ab officio non recedendo tandem quoniam opus fuerit re-
ipsa satisfacere tunc et successores eius tenebuntur. Terminum ipsum
primum et alios subsequentes nulla re exquisita nec colore excogi-
tato, vera vel simplici infirmitatibus. Actionem per maiorem
litis et dictis regalibus quibusvis ac legalibus quibuscumque im-
pedientibus. Bello expeditione bellica. Incursu hostium. Dena-
statione bonorum per hostes, differrent prolongandum atque se ad
forum competens remitti petendo. Ad decretis quibusvis tam in ac-
cessorio quam principali negotiis latis et fiendis, nullas Motiones
cum appellationibus faciendo, et ad eas prosequendum non adcitandum. Ad
quietationem et praesentis inscriptionis mortificationem. Ac ad Emptorem dila-
tionem non recipiendum. Poena trium Marcarum et trium poena vadium
et vadia praesentia non evadendi. Quatenus illi eorum qui in du-
stria humana parantur sine illud sit incidendum in auxilium sibi
contra praesentem inscriptionem. Citationem ex ea emanatam ac eorum deffectum
recipiendum, sive suorumque successorum sub amissione totius causae sequitur
lectionem praefati valdi et vadiorum, quo vel quibus solutis utique in-
scriptionem praesentem et omnibus in ea contentis recognoscens cum suis
successoribus satisfacere tunc. Nulla praescriptione tamen
obstante. Quod Memoriae firmatum est.

Piaseczki quietat Castel. Premisliensem

Veniens personaliter ad officium et Acta praesentia Nobilis Joannes

Piaseczki obmisso foro suo quovis competenti et secum successoribus bo-
nisque suis omnibus huic praesenti iurisdictioni Castri Premisliensis quo ad hunc
Actum incorporandum et subiicien. sanguinem et corpus exinde publi-
ce recognovit quia Magnificum Stanislaum Drohojowski a
Drohojow Castellanum Premisliensem de summa octingentorum octua-
ginta florenorum pecuniae debiti per ipsum Castellanum Premisliensem ipsi
Piaseczki actis praesentibus Castri Premisliensis inscripti et in
bonis ville Glopicze assecuratum, iamque levata et recepta qui-
etat et liberum unacum successoribus eius perpetuo dimittit, pari-
ter et inscriptionem eandem Castri Premisliensis cum omnibus condicionibus cas-
sat obliterat mortificat, nec illa uti vult, immo ab illa
recedit hac sua recognitione mediante quod nulli firmatum est

Castelnus Premisliensis Ttur Piaseczki

Veniens personaliter ad officium et Acta praesentia Castri Premisliensis
Magnificus Stanislaus Drohojowski a Drohojow Castellanus
Premisliensis, A tribus districtibus Iuribusque suis quibusvis proprijs
foroque suo competenti Dicendo. Huic vero Castri Premisliensis Iurisdi-
ctioni se successores bonaque sua universa ubi nunc habita et habenda
quo ad praesentem inscriptionem incorporandum, sanguinem et corpus exi-
stens publice sponte recognovit quia Nobilis Johannes Pia-
seczki et successoribus eius summam octingentorum et octuaginta florenorum
pecuniae monetae Poloniae certi debiti tenetur et est debitus. Ac se
successores suos super bonis ville Jablonicze inscribit, huiusmodi sum-
mam pro festo Conversionis sancti Pauli Apostoli proxime
venturo hic in castro Premisliensi totaliter dare solvere repo-
nere, ac circa Acta praesentia relinquere, non ex fide iubere aut
arrestare; Casu vero si summam eandem pro supradicto tempore so-
lutioni assignato non solverit aut successores eius non solverint
extunc se successores suos super bonis eisdem inscribit, eidem Pia-
seczki aut posteris eius in crastino eiusdem festi dare et li-
bere admittere realiter intrare cum actuali et pacifica pos-
sessione in bona sua hereditaria vel ville integram Jablonicze
cum atinentiis omnibus, idque per Ministerialem Palatinatus Russiae
gentem quemcumque ab officio praesenti addit sub vadio simili
octingentorum et octuaginta florenorum pecuniae monetae Po-